

1270.  
Theophilo Sigefr. Bayero.

S. P. D.

Johannes Helin.

Biennium et supra est, Vir Prae-  
clarissime, ex quo litera tua per-  
grata una cum adjuncto munere  
Museo nim. Theo Sinuo & H. Tomio  
prioribus Commentar. Acad. Petro-  
politana mihi redita fuit.  
Cum responsorias pare & debitas  
gratiarum actiones meditari, morbus  
non intolens, sed solito vehementior

me invadit et corpusculum meum  
alioque perquam debile adcoalterit,  
ut non nisi perquam brevia respirandi  
intervalla conceda fuerint. Tantum  
vero abest, ut de Tuo in me affectu  
remittere, ut potuis indormientem  
et languentem iteram excitare volueri.  
Amoris equidem Tui in me constantem  
certiori sane documento non potuisses  
quam transmissa eruditissima & nitida  
Diadema Tua Historia Orkocna, quae  
ante aliquot menses per manus Rev<sup>mi</sup>  
Episcopi Lincopensis mihi tradita  
fuit. Hoc Tuo tam constanti in me a  
moris affectu quantav later verbis ira

exprimere valeo, gratiasq; proinde Tibi ago  
 habeo, quantum potero quam maximas.  
 Hoc unicum me male habet, quod quum  
 nonnisi castaeis donis inter nos certare  
 datum sit, levia tantam & Tuo exquisito  
 palato minus forte grata pro selectis  
 finis Tuis hinc Tibi addere queam.  
 Collectionem aliquot Sagarum Detur-  
 ram, qua jam sub palato sedat, quam  
 primum occasio se obtulerit Tibi  
 mittam. Ultimas Tuas literas nunc  
 equidem reperire nequeo, adeo ut quid  
 ad eas respondendum sit plane nesciam.  
 Quam primum eas inter disjectas per-

ad veritatem veritatem cartas meas  
 invenero, nam deperditae non sunt,  
 responsoria, explicita. Scriptores  
 aliquot Historia: Morcoviticae quod  
 Vos nuper editos, esse ex novellis litera-  
 ris me percipere credo: si ita fuerit  
 fac ut exempla quaedam Bibliopola  
 quidam hujus loci tradantur; nam &  
 plures Historia: Vestrae amatores huc  
 sunt, & inde occasio nobis erit cum  
 fontibus conferendi ea, quae legi no-  
 stra de rebus vestris vetustis tradent.  
 Hinc quam optime vale & me, ut  
 cepisti, amare perge. Dabam Hol-  
 miae d. 17 febr. 1795.